



Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 196. 197. 198. De bonis traditis in villa Scaftun, et in villa Uffenhus in
pago Logne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
854 usque
877 re-
gnante
Hludo-
tuico et

§. 195.

Tradidit uuygsuit et merio pro anima fratris sui ualdonif iurnales XXX. in *thuresloun* (W) testes cutuman thiabold hem et alii VI.

§. 196.

Tradidit pro patre suo madaluuni et fratre suo reduard mansos tres in *scraftun* (X) testes folcmer heriman.

§. 197.

Tradidit adalbodo quidquid in *uffenbus* (Y) habuit testes eyulf adaluard marcuard et alii VIII.

§. 198.

Tradidit hogerus pro omnibus quibus debitor erat mansos duos cum familia una testes gebuini presbyter hroderus bardilo adaluwardus et alii XVI.

§. 199.

Commemoratio traditionis quam tradidit *meresuit* et filia eius *Siburg* id est quidquid habuerunt in *osdaghesbus* (Z) quam traditionem post mortem matris suae ipsa siburg renouauit coram reliquis scorum martyrum stephani atque uiti martyrum testes ysgerus eylbertus ueringerus hroddag hildiuuin et alii XV.

§. 200.

Tradidit *reddag* quando filium suum obtulit ad reliquias scorum martyrum stephani atque uiti mansum unum cum familia in *arwitti* (a) testes

- | | |
|----------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| De villa
Thures-
loun. | (W) De villa <i>Tburisloun</i> in pago Hessi Franconico vide supra §. 60. not. (y). |
| De villa
<i>Schaftun</i> . | (X) <i>Schaftun</i> villa in nostro Registro cum additamento pagi non reperitur. Nescimus ergo, quinam vicus intelligi debeat. Interim sunt quædam villæ, quæ aliquam similitudinem cum nostra habent, nempe Schotten in Darmstadiensi, Schachten in Casseliensi, et Scyode in Schaumburgico traœtu. Sed nihil, ut decer, definimus in re tam obscura. |
| De villa
<i>Uffen-</i>
<i>hus</i> . | (Y) <i>Uffenbus</i> villa erat in pago <i>Logne</i> , teste nostro Registro antiquissimo bonorum et prouentuum abbatie Corbeiensis. Intelligimus ergo vicum <i>Offensen</i> in praefectura Usler, situm intra principatum Göttingensem, in quo, ut supra §. 33. not. (u) demonstravimus, pagus <i>Logne</i> repriebaratur. De <i>Adalbodone</i> atque <i>Adalwardo</i> , ad stemmam Brunonianum referendis, iam egimus supra §. 104. not. (n) perhibentes, eos fuisse fratres, et simul nepotes potentissimi Brunonis, Angiorum ducis, cuius castrum erat, ut videtur, Brunonisburgum cum territorio adiacenti. Ab hoc castro villa <i>Uffenbus</i> circiter duo millaria absit. |
| De villa
<i>Osdag-</i>
<i>hesbus</i> . | (Z) Vinculum intercedere huic §. cum §. 187, res ipsa loquitur: quidquid enim loco laudato mater tradidit, filia eius hic confirmat. Nomen autem hæc villa <i>Osdaghesbus</i> in pago <i>Suilibergi</i> a quodam Osdago, qui eam incoluit, videtur nata. An idem sit is, qui supra §. 104. not. (k) inter coheredes ducis Ostfalorum Hessi refertur, dicere non habeo. Nec affirmo, eundem Osdagum huius <i>Meresuit</i> fuisse coniugem. Illud interim pater ex §. 203, Osdagum quendam inter testes fuisse presto, cum in Dassila villa eiusdem pagi <i>Suilibergi</i> monasterio nostro quædam traderentur. |
| De villa
<i>Arwitti</i> . | (a) Villa <i>Arwitti</i> sita erat in marca <i>Sturmethi</i> , teste nostro <i>Registro</i> . De marca Sturmethi in ducatu Westfalia dixi supra §. 176. not. (r) et §. 178. not. (w). Videtur noster Reddag idem fuisse, qui §. 176. in eadem marca quædam donavit. |